Guidonis de monte Rotherii manipulus curatorum. f. 97 **Nicolai de Dinckelspuhel** disputatio a. 1422 contra istum punctum breuiarii Patauiensis in die parasceues scil. fiat hec commixtio corporis et sanguinis. f. 102 Expositio summae sacrificiorum scil. de officio missae. f. 159 **Bernhardus** super Aue Maria.

2417 **26895** (Praedicat.) 2⁰. s. XV. 129 fol.
Sermones de tempore et de Sanctis (multi Bedae sunt). f. 60 'Tùmulati apud S. Erhardum. Sequitur legenda de S. Adalberto confessore.' f. 61 Liber diuisionum omnium scientiarum ueteris et noui testamenti secundum omnem modum diuidendi et diuisiones artium mechanicarum secundum VII species, uidelicet lanificium armatura nauigatio agricultura uenatio medicina theatrica. f. 70 **Johannes de Deo** de regulis penitentialibus, 'pro domino Johanne Weissenberger plebano S. Udalrici Ratisp. a. 1405'. f. 116 Sermones.

2418 **26896** (Praedicat.) 2⁰. s. XV.
Postilla **Antonii Parmensis** super euangelia de tempore et de quadragesima. Sermones **Discipuli** de Sanctis.

2419 **26897** (Praedicat.) 2⁰. s. XIV.
Quaestiones in IV libros Sententiarum.

2420 **26898** (Praedicat.) 2⁰. s. XV.
Prophetae et euangelia aliique libri minores; picturae insunt.

2421 **26899** (Praedicat.) 2⁰. s. XV. 204 fol.
Quadragesimale; cum locis germ. et bohem. fol. 204 Confessio bohemice. Fuit Johannis de Iglauia.

2422 **26900** (Praedicat.) membr. et chart. 2⁰. s. XIV. folia 204—407.
Finis postillae **Gorram** super Matheum, a. 1379 Pragae per Duthonkonem Morauum scriptae. f. 206 **(Gorrae ?)** Postilla super Paulum ad Romanos et f. 299 ad Corinthios.

2423 **26901** (Praedicat.) membr. 2⁰. et chart. 257 fol.
Nicolai de Gorram postilla super epistolas Pauli praeter eas, quae priore uolumine Cod. 26900 continentur, et (f. 186) super epistolas canonicas.

2424 **26902** 2⁰. s. XIV. 211 fol.
Quaestiones de matrimonio et de negligentiis in missa. f. 7 **Johannis Awerbach** directorium pro instructione simplicium

presbyterorum. f. 50 Reportatorium rubr. de penis et remissionibus **Wilhelmi Durandi.** f. 54 Tract. de restitutionibus. f. 63 Tract. de expeditione infirmorum in articulo mortis, scripsit a. 1421 Stephanus Strobel de Monaco. f. 67 Carmen 'Multi sunt presbyteri'. f. 68 **Heinricus de Hassia** de contractibus. f. 114 Epistola ad Joh. de Lichtenstain. Initium epistolae 'Gensher episcopus servus seruorum dei'. f. 115 De Sanctis sermones; in fine 'Finis Johannis sacerdotis de Budweis'. 'Qui te furetur tribus lignis associetur. Primam trianglam tripedem postpone rotundam Et conuertendo scies quis est ibi dolor.' f. 181 **Juliani** prognosticon futuri saeculi.

26903 (August.) 2⁰. s. XV. 195 fol. 2425
Jacobi conv. Paris. ord. herem. Augustin. postilla super librum Genesis, scripta per Michaelem Kreudel de Nouoforo cursorem in studio Tholosano a. 1470. f. 117 Glosae Clementinarum cum declarationibus et suppletionibus **Nicolai de Tudeschis** archiepiscopi Panormitani.

26904 2⁰. s. XIV. 154 fol. 2426
(Antonii de Rampigolis) liber transfigurationum, a Johanne scriptus.

26905 (August.) 2⁰. a. 1468. 303 fol. 2427
Petri Lombardi Sententiarum liber 3. et 4., scripti per Leonardum Heffen de Eystett baccal. f. 274 Quaestiones, ab initio mancae, de 3⁰ et 4⁰ libro Sententiarum.

26906 (Minor.) membr. et chart. 2⁰. a. 1380. 142 fol. 2428
Nicolai de Gorram dicta super euangelium Johannis; cf. cod. 26900 et 26901.

26907 (August.) 2⁰. a. 1467. 2429
Augustini libri XXII de ciuitate dei.

26908 membr. 2⁰. s. XIV. 92 fol. 2430
Bernhardi de Gordonio libri VII 'Lilium medicinae', quibus accedit f. 81 de signis pronosticis et de diebus creticis. f. 92 Flores antidotarii.

26909 (August.) 2⁰. a. 1467. 2431
Simonis de Cremona sermones super epistolas dominicales, scripti per Steffanum pellificem Smidthaimer. 2432

26910 (August.) 2⁰. a. 1409—1411. 222 fol.
Bertholdi Ruchavoser de Ratisbona Augustin. prouincialis Bauariae et Ungariae lectura super **apocalypsin** et f. 218 quaestio, utrum efficacia baptismi noxam deleat cuiuscumque peccati: codex autographus esse uidetur.

26911 (August.) 2⁰. a. 1470. 2433
(Ludolfi) Vitae Christi pars tertia.

26912 (Camerae episcop.) 2⁰. s. XV. 255 fol. 2434
Super librum quartum Sententiarum. f. 113 Quaestiones **Bartoli de Saxoferrato, Segnoroli, Johannicii de Castiliano, Jacobi Balduini, Johannis Caldrini, Azonis de Ramenghis, Angeli de Amelia.** f. 137 **Baldi de Perusio** lectura super usibus feudorum.

2435 **26913** 2⁰. a. 1459. 322 fol.
Jacobi de Voragine sermones dominicales per totum annum. f. 241 Postilla euangeliorum per circulum anni.

2436 **26914** (Praedicat.) 2⁰. s. XV. 477 fol.
Hugonis de Prato sermones dominicales super euangelia et epistolas.

2437 **26915** (Praedicat.) 2⁰. s. XV.
(**Thomae Aquinatis** Summae secunda secundae) 'Post communem considerationem'.

2438 **26916** (Praedicat.) 2⁰. s. XV. 290 fol.
Variae collectiones sermonum (f. 209 Articuli **Johannis Wicleff** Lundonis a. 1380 damnati). f. 247 'Finit excerptum expositionis euangeliorum quadragesimalium fr. **Alberti de Padua**'. f. 287 **Henrici de Oyta** sermo de conceptione Mariae.

2439 **26917** 2⁰. s. XV.
Compendii theologicae ueritatis libri VII; in fine 'aliqui referunt editum esse a fratre Hugone Rupel ord. praedicat. convent. Argentinensis'.

2440 **26918** (August.) 2⁰. s. XV. 202 fol.
Sermones de Sanctis; codex a. 1448 per Jacobum Welser lectorem de Wienna emptus est. f. 121 (**Guidonis** ord. praedicat. flos theologiae:) Distinctiones secundum ord. alphabeticum.

2441 **26919** (Praedicat.) 2⁰. s. XV. 307 fol.
Sermones. f. 60 **Nicolai de Dinkelspühl** confessionale, f. 72 sermones de passione et de Sanctis, f. 167 de octo beatitudinibus, f. 197 circa materiam de fraterna coercitione ex quaestionibus super quarto Sententiarum, f. 209 de indulgentiis. f. 218 Sermo scriptus per Ulricum Prem. f. 224 De passione et compassione Mariae et eius lamentationes. f. 232 **Nicolai de Grätz** tractatus symboli reportatus Wyenne. f. 251 Sermones de Sanctis.

2442 **26920** 2⁰. a. 1423. 218 fol.
Sermones **Sensati** per circulum anni, ab initio manci. f. 140 Index lectionum de euangeliis et de epistolis. f. 146 **Britonis** uocabularius. f. 210 Sermones.

2443 **26921** (Praedicat.) 2⁰. s. XV. 267 fol.
B(ernardi) de Parentinis ord. praedicat. prov. Tolosanae expositio missae. f. 222 Liber de origine uita gestis et translationibus Sanctorum trium regum 'Cum uenerandissimorum trium magorum', per manus Johannis Ackerman a. 1416.

2444 **26922** 2⁰. s. XV. 221 fol.
Sermones uarii. Interposita sunt: f. 19 Sermones **Thomae de Haselpach** partis hiemalis, f. 64 tract. de ieiunio. f. 79 Excerpta Directorii **Aurbach.** f. 111 Index lectionum. f. 115 Vita Christi. f. 214 Delineatio (saec. XV) nauium tormentis igniferis (Kanonen) armatarum.

2445 **26923** 2⁰. s. XV. 353 fol.
Tractatus de superstitionibus 'Sequitur tabula tract. de sup. continens'. f. 97 (**Johannes Nider**) de lepra morali. f. 149 Sim-

bolum magistri **Nicolai de Grecz.** f. 173 **(Thomas Haselbach)** de peccato linguae. f. 247 **(Nicolaus de Dinkelsbühl)** de oratione dominica. f. 282 **Thomae de Haselpach** collationes. f. 334 De miseria conditionis humanae, a. 1449 Wiennae scriptum. f. 342 **Johannis Geuss** sermo de ludo taxillorum et f. 348 pro defunctis.

26924 (August.) 2⁰. a. 1466. **2446**
Jacobi de Voragine quadragesimale per Hilbrandum Grun de noua ciuitate prope ripam Eysch. Sermones dominicales.

26925 2⁰. a. 1418. **2447**
(Johannis Balbi de Janua) Catholicon, secunda pars per manus Blasconis de Debizan presbyteri alias plebani de Chwalcnitz.

26926 2⁰. a. 1408. **2448**
Jacobi de Voragine sermones de Sanctis, per manus Sighardi Ascalari presbyteri Ratisb. dioec. f. 1 De stella in natiuitate Christi uisa. In fine codicis Preces germ., et excommunicatorum genera.

26927 2⁰. s. XV. 42 fol. **2449**
Pars lexici theologici 'fabulari.. fides'.

26928 (Praedicat.) 2⁰. s. XV. 260 fol. **2450**
Sermones de Sanctis. f. 258 Germanice quaedam de initio euangelii Johannis.

26929 (Praedicat.) 2⁰. s. XV. 298 fol. **2451**
Quaestiones super Metaphysica Aristotelis 'reportatae per me Leonardum Heczelstorfer bacc. in artibus a magistro **Johanne de Monstenberg**'. f. 88 **Marsilii** quaestiones in librum de generatione et corruptione, a. 1407 Pragae finitae. f. 194 Quaestiones in parua naturalia; f. 252 in librum de coelo et mundo; f. 264 In libros Meteororum compilata per **(Petrum de Alliaco)** episcopum Cameracensem doctorem studii Parisiensis. f. 275 Quaestiones in librum de anima.

26930 (Praedicat.) membr. et chart. 2⁰. s. XV. 260 fol. **2452**
Sermones super epistolas. f. 132 Fragmentum de Sacramentis 'Expedita prima parte principali'. f. 156 **Hieronymi** epistolae. f. 192 **Clementis** IV. papae sermones. f. 228—260 (membr.) Sententia super librum de anima secundum fratrem **Thomam de Aquino** ord. praedic., liber ab initio mancus.

26931 (Pradicat.) 2⁰. s. XV. 202 fol. **2453**
Sermones uarii **(Johannis de Gamundia;** f. 71 super cantica canticorum). f. 145 Quomodo specialiter fratres minores excedunt in uicio proprietatis, ex Aluaro. f. 162 **Bonauenturae** elucidatio errorum magistri cuiusdam contra regulam B. Francisci. f. 166 Sermones de passione.

26932 (Praedicat.) 2⁰. a. 1466 et 1467. 256 fol.
Peregrini sermones de tempore. f. 72 Officiarius de Sanctis. **2454**
f. 163 **Discipulus** de Sanctis.

26933 (Praedicat.) 2⁰. s. XV. **2455**
Quaestiones 30 tertii Sententiarum, quibus paucae (theolog.) accedunt.

2456 **26934** (Praedicat.) 2⁰. s. XV. 248 fol.
Sermones dominicales a Pentecoste usque ad festum omnium Sanctorum. f. 111 Sermones de nouo sacerdote. f. 124 Sermones. f. 159 **(Nicolaus Dinkelsbühl)** de penis inferni. f. 169 Sermones de corpore Christi. f. 204 Tract. de missa 'Venerabiles patres et domini'. f. 236 Tract. de reemptionibus. f. 243 Declaratio domini **Johannis** monachi cardin. super constit. Bonifacii VIII 'Super cathedram'.

2457 **26935** (Praedicat.) 2⁰. s. XIV. 132 fol.
Postillae Parmenses super euangelia.

2458 **26936** (Minor.) 4⁰. s. XV. 176 fol.
Tractatus uarii theologici. f. 37 Tract. de occultatione siue palliatione uiciorum **Heinrici de Frimaria** siue **Hermanni de Schildicz**. f. 50 Tract. de purgatorio, de suffragiis; sermo de animabus. f. 61 De sacramentis. Sequuntur breues tractatus theologici. f. 85 **Innocentius** III de miseria conditionis humanae. f. 119 De uirginitate. f. 123 et 131 Expositio orationis dominicae. f. 149 De oratione. f. 156 De instructione religiosorum 'Erudire Jerusalem ne forte recedat'. f. 167 Tract. de uitiis 'Inter omnia uitia'.

2459 **26937** (Praedicat.) 4⁰. s. XIV/XV. 161 fol.
Exempla sermonum partim ex Valerio, Liuio, aliis (sumptae ex Gualuano Flamma; cf. cod. 26939); sermones et sermonum themata. f. 149 et 150 Carmina sacra italice 'Al uexillo della uita'.

2460 **26938** (Praedicat.) 4⁰. s. XIV/XV. 168 fol.
Sermones et sermonum themata; (f. 25 Versus; f. 33 compilauit **Gregorius de Valkenstein** super Danubium lector praedicatorum domus Spirensis petitione domini Hartlieb plebani in Heidelberga; f. 38 sermo **Conradi de Soltow)**. f. 55 De oratione dominica. f. 147 De testamentis faciendis tract. ab initio mancus. f. 157 Literae **Johannis** XXII, 6. Sept. 1330, de conuersione Petri, ab initio mancae. f. 164 **Ludouici** imper. literae ad papam, 18. Sept. 1343; ed. Gewold Lud. defens. p. 173. f. 168 **Pauli Pechinger** commissarii literae de penitente in Essching.

2461 **26939** (Praedicat.) 4⁰. s. XIV. 281 fol.
Septem itinera aeternitatis compilata et collecta a fr. **Rudolfo de Biberach.** f. 71 Collationes super euangelium Lucae cum quibusdam moralitatibus recollectis de lectura uenerabilis **Gualuani (Flammae)** ord. praedic., scriptae per fr. Fridricum Weislock in Colonia studentem a. 1377. f. 114 Sermones uarii et preces.

2462 **26940** (Praedicat.) 4⁰. s. XV. 149 fol.
Sermones quadragesimales, ab initio manci.

2463 **26941** (Emmeram.) membr. 4⁰. s. XIV. 222 fol.
Sermones uarii; nominantur f. 43 **Dominicus de Hispania** ord. praedic., f. 50 **Euerardus (?) de ualle scolarum**, f. 54 et 213 **Adenulphus de S. Othmaro** praepositus, f. 56 **Berengarius de Monte Pessulano,** f. 57 **Bartholomaeus de Bononia,** f. 59 **Johannes Aur.**, f. 198 **Johannes Galensis** ord. minor.,

f. 202 **Remundus Rigaldus** ord. minor., f. 207 **Petrus Normannus** ord. minor., f. 211 **Nicolaus de longa curia** cancellarii Paris. Codex a. 1327 ab abbate Alberto Parisiis Ratisbonam advectus et monasterio S. Emm. donatus est.

26942 (August.) 4⁰. a. 1478. 332 fol. **2464**

Miracula de conceptione Mariae. f. 3 'Das sacrament des leichnams Christi ist verpotten'. . . f. 9 Puncta de passione domini. f. 15 **Nicolai Engelschalk** tract. passionis dominicae. f. 187 Expositio super lectiones epistolares. f. 274 Prohibendi a communione. f. 287 De fructibus audiendae missae. f. 291 Agenda in hebdomade sacra. f. 297 Officia de corona domini, de uisitatione Mariae, de S. Anna etc. f. 305 De arte moriendi 'Cum de praesentis exilii'. f. 321 De morte et de temptationibus diaboli.

26943 (Praedicat.) 4⁰. s. XV. 187 fol. **2465**

Sermones uarii; nominatur **Soccus** et f. 163 'In festo S. trinitatis sermo Bitterlich'.

26944 (Praedicat.) 4⁰. a. 1402. **2466**

Sermones de 'abstinentia'.. 'de uita aeterna' ord. alph. (**Guidonis** ord. praedic.; cf. Cod. lat. 8182). In fine 'Tyepoldus. Expliciunt adaptiones per manus Georii Quidam boni socii'.

26945 4⁰. s. XV. 260 fol. **2467**

Sermonum collectio ab initio manca. f. 114 **Nicolai de Dinckelspuchel** tract. de penitentia et eius partibus, f. 153 de passione Christi. f. 187 Sermones et tractatus de ieiunio, de annuntiatione, de corpore Christi etc (f. 257 germ.).

26946 (Praedicat.) 4⁰. s. XV. 212 fol. **2468**

De uirtutibus congesta. Sequuntur sermones. f. 47 Compendium moralitatum ord. alph. 'Abicit mundus pauperes'. f. 128 De penitentia tract. uel sermones 'Penitentiam agite appropinquabit enim'. f. 175 Commune Sanctorum.

26947 4⁰. s. XV. **2469**

Breuiarium secundum ordinem Ratisbonensem; antecedit calendarium eccles. cum notis germ.

26948 4⁰. s. XV. 178 fol. **2470**

Utilitates corporis Christi et de communione. f. 16 Sermones. f. 40 **Roberti Holcot** tract. de septem mortalibus peccatis. f. 68 Sermones.

26949 (Praedicat.) 4⁰. a. 1445. 329 fol.

Sermones de epistolis et euangeliis dominicalibus; in fine 'Petrus Rosenheim lector Babenbergensis'. **2471**

26950 8⁰. a. 1477. 17 fol. **2472**

Almanach a. 1477.

26951 4⁰. s. XV. 216 fol.

Vocabularius lat. germ. 'Ex quo uocabulari noticia'. f. 195 Vocabularius de animalibus etc. **2473**

2474 **26952** 8^0. a. 1621. 131 fol.
Stephani de Bubalis tract. in tertiam partem Thomae Aquin. de incarnatione, Romae exceptus a Joh. Hectore Schad de Mittelbibrach.

2475 **26953** 2^0. a. 1529—1530. 44 fol.
Laurentii Hohenuartii sermones in euangelia.

2476 **26954** 2^0. s. XV. 9 fol.
Articuli in quibus magister (Sententiarum) non tenetur communiter a doctoribus editi per **Andream de Gorlicz** univ. Lipsiens. commembrum ad instantiam prioris de ueteri cella a. 1491.

2477 **26955** 4^0. s. XVIII. 28 fol.
Sebastiani Wilibald simplicis carminis codicillus dedicatus Francisco de Penzenau.

2478 **26956** 8^0. a. 1638. 202 fol.
Mathaei Weis Andecensis commentationes in apocalypsin Johannis.

2479 **26957** (August.) 2^0. s. XV.
Petri Lombardi glossa in epistolas Pauli. Codicis humiditate affecti finis deest.

2480 **26958** (August.) 2^0. s. XIV. 229 fol.
Sermones de tempore **Conradi** (alias Chunradini nomen inscribitur). f. 119 Concordantia noui et ueteris testamenti 'Legitur in Genesi'. f. 186 Tract. de corpore Christi 'Ezechiel in uisione dei', a. 1384. f. 197 Sermones de trinitate. f. 200 Speculum humanae saluationis, a. 1378. f. 226 Sermo de passione Christi. f. 229 Quaedam bohemice. In tegumento canones penitentiales.

2481 **26959** 8^0. a. 1599—1603.
Henr. Fabricii Kurtzer Cathol. Catechismus Cöln 1570, cui anonymus plurimas lectiones catechisticas adscripsit (Dilingae).

Codices n. 27000—27256 diversae originis, ex tabulario regio in bibliothecam translati.

2482 **27000** 4^0. s. XVII. 365 fol.
Raimundi Lulli theorica testamenti siue in forma minori, f. 225 de alchimiae dispositione, f. 275 liber experimentorum siue apertorium. f. 301 **Joannes de Rupe scissa** de quinta essentia, f. 315 eiusdem liber lucis. f. 327 Liber 'Lilium euulsum de spinis'. f. 347 **Tullii Graeci** libri tres de arte secretissima.

2483 **27001** 4^0. s. XV et XVI. 171 fol.
Varii tractatus de astronomia et astrologia a uariis scripti. f. 2 'Cum astrolabium componere uelis'. f. 8 **S. Thomae** tract. de iudiciis astrorum. f. 11 'Si quis indubitanter uoluerit scire ueritatem de unoquoque quod sibi euenire poterit'. f. 31 Liber filiorum Adae. f. 90 'Postulata a domino prolixitate' (**Alcabitii** isagoge

ad iudicia astronomiae), a. 1465. f. 123 Tract. de natiuitatibus 'In hoc tract. colligere'. f. 143 'Intentionem uolentis tibi facere'; in fine 'Explicit compilatio Leupoldi ducis Austriae filii'. f. 146 'Hondert capitelen van den aspecten die de mane heeft teghen de planeten en wat sy bedueden also ic van Abrahams boeke ghesacht heb en ute Alkindus en anders van meneghen anderen'. f. 153 'Her endt den tractaet die Hali maecte van . . ellic planete'. f. 158 Aliqua de astrolabio. f. 160 (s. XVI) De figuris signorum. f. 168 De constructione et de usu uirgae uisoriae.

27002 4⁰. s. XVI. 77 fol. **2484**

In **Ptolomaei** Almagestum. f. 22 Liber quartus, de euentuum significationibus. f. 40 Annotatio M. Erasmi. f. 44 **Claudii Ptolomaei** quadripartiti libri II. Fol. 44 'Inchoauit 1. Nov. a. 1544': inde apparet, esse cuiusdam professoris lectiones.

27003 4⁰. s. XVI. **2484ª**

Tabulae horoscopicae Lutheri et multorum hominum illius et priorum temporum.

27004 2⁰. a. 1566. 21 fol. **2485**

Judicium horoscopicum de Joanne Sillyers Machlini a. 1514 nato, ab **Wilhelmo Mysocaco** Bruxellensi a. 1566 Dauentriae scriptum.

27005 4⁰. s. XVII. 49 pag. **2486**

Johannes Dee de tuba Veneris.

27006 2⁰. s. XV. 277 fol. **2487**

(Thomae Cantimpratensis) liber de naturis rerum, a. 1409 finitus. f. 170 **Jacobus** de **Cesulis** de ludo scacorum. f. 194 De uitiis et uirtutibus, primo 'Imago (Phaethon) ambitionis et superbiae secundum Fulgentium'. f. 196 De IV uirtutibus cardinalibus 'Quoniam misericordia et ueritas'. f. 200 Legenda de ligno S. crucis. f. 203 '**Palladii** librum abbreuiatum per **Gothfridum** accipe'. f. 212 Nomina plantarum alph. 'Artemisia dicitur mater herbarum peypas'. f. 216 Compendium de occultis naturae magistri **Johannis de Protsschida.** f. 231 Liber de quibusdam ultramarinis partibus et praecipue de terra sancta **Gwilhelmi de Boldensele,** a. 1437 scriptus in Nabpurgk per Conradum Waydentaler presbyterum. f. 244 Historiae S. scripturae. f. 256 Conclusiones bonae (theolog.) unius doctoris Constantiae datae a. 1417. f. 260 Speculum flebotomiae compilatum a magistro physico in Erfordia. f. 262 Regimen contra pestilentiam. f. 263 Quaestiones et responsiones diuersorum magistrorum excerptae ex diuersis decretalibus compilatae in Praga per magistrum **Stephanum.**

27007 2⁰. s. XV. 261 fol. **2488**

Mundini practicae (medicinae) libri X; f. 236 idem de accidentibus febrium. f. 240 **Dini de Florentia** unguenta. f. 255 **Auerroes** de tyriaca.

27008 2⁰. s. XVI—XVII. 26 fol. **2489**

Lamentationes cum notis musicis, scriptae a Bernhardo Feinheintz

Buchschreiber zu München in der Branderserszgassen in des Gengersz stadel oben in.

2490 **27009** (Michelfeld) 2⁰. s. XVII exeuntis. 2 uolumina.
Dramata scholastica (Maximinus, Benno, Parentum amor etc.), Salisburgae, Frisingae etc. exhibita.

2491 **27010** (Michelfeld) 4⁰. s. XVII—XVIII. 2 uolumina.
Dramata eiusdem generis ibidem exhibita.

2492 **27011** 2⁰. s. XVIII. 23 fol.
Compendium totius bibliae 'Sex prohibet peccant'.

2493 **27012** (Altomünster?) 4⁰. 110 fol.
Collectanea de uita scriptis, consecratione S. Brigittae (autore patre Hilarione c. 1729?).

2494 **27013** (Altomünster) 4⁰. s. XVIII. 42 fol.
Elegiae 31 de S. Brigitta 'Amaranthus Suecicus'.

2495 **27014** (Frising. Capit.) 2⁰. s. XV. 208 fol.
Aristotelis metaphysica. f. 34 Commentarii in Aristotelis physica, f. 123 de coelo et mundo, f. 143 de generatione et corruptione, f. 169 in libros meteororum, f. 191 de anima, f. 204 de sensu et sensato.

2496 **27015** 4⁰. s. XV et XVIII. 118 fol.
Fol. 1—45 s. XIV Vita siue legenda cum miraculis Katherinae filiae B. Birgittae de regno Sueciae. f. 46 Excerpta ex libris impr. de eadem. f. 58 Apographum libri impressi 'Miraculosa vita e morte di S. Caterina . . del F. Hilarione, Napoli 1641'.

2497 **27016** membr. 2⁰. s. XII. 284 fol.
Gregorii papae cura pastoralis, f. 118 libri dialogorum. Codex fuit a. 1472 monasterii S. Georii in Prüfening.

2498 **27017** membr. 2⁰. s. XIV. 86 fol.
Missale (in Italia scriptum?).

2499 **27018** (Andechs) 2⁰. s. XV. 299 fol.
(Discipulus) super X praecepta, f. 52 super nouem peccata aliena, f. 55 super VII peccata mortalia, f. 90 super opera misericordiae, f. 93 super domin. orationem, f. 95 super Aue, f. 96 s. Symbolum apostolorum, f. 100 s. VII sacramenta, a. 1461 scripta. f. 120 Euangelia dominicalia cum postilla 'Sicut dicit uenerabilis Cato'. f. 205 Lectiones dominicales super epistolas cum postilla 'Sub umbra illius'. f. 266 Expositio poematis de missa, ab initio manca. In fine 'a. 1459 scriptum in Vohendras'.

2500 **27019** 2⁰. a. 1458. 328 fol.
Registrum sermonum quorundam. f. 1. **Thomae de Haselbach** tract. de nouem peccatis alienis. f. 65 Sermones de eisdem. f. 67 Rami uitiorum. f. 68 Bulla de anno iubilei a. 1470 (alia manu). f. 70 Ex libro **Hieronymi** de membris domini. f. 73 **Seneca** de IV uirtutibus cardinalibus. f. 80 De tribus uirtutibus theologicalibus. f. 82 Regula clericorum. f. 86 **Nicolaus de Dinkelspihel** de penitentia et de eius partibus. f. 127 Sermo

pro defunctis. f. 133 Simbolum apostolorum editum per **Nicolaum de Grecz.** f. 158 **Nicolai de Dink.** tract. de eukaristia. f. 179 Clemens papa de anno iubileo (germ.) et 'die gnad zu Augspurg'. f. 180 **Nicolai de Dink.** tract. de temptatione et ieiunio. f. 192 Speculum animae ,Anima mea noui'. f. 199 Informatio confessorum in a. iub. 1450 et bulla data dioecesi Augustensi. f. 203 **Eugenii** IV formula sacramentorum. f. 225 **Albertanus Brix.** de modo dicendi et tacendi. f. 235 Von der kunst des Hailsamen sterben maister Hansen Gerson. f. 238 **Nicolai de Dink.** tract. de VII uitiis. f. 324 Offen peicht zu Ostern.

27020 2⁰. s. XVI. 262 fol. **2501**
Graduale et hymni cum notis musicis.

27021 2⁰. a. 1752. 19 fol. **2502**
Delineatio symbolico-scripturistica in iubileum sacerdotale Josephi Dominici de Lamberg episcopi Passauiensis a capucinis Pass. oblata. (Sunt literae nominis symbolis ornatae).

27022 4⁰. a. 1599. 434 pag. **2503**
Hypomnemata in Institutiones collecta a M. Georgio Moeringer Ratisbonensi.

27023 4⁰. a. 1601. **2504**
Super Institutiones imperiales. In tegumento A(lbrecht) H(erzog) I(n) B(ayern).

27024 4⁰. s. XVIII. **2505**
Scripta ab J. P. Schiltenberger Ingolst. professore iuris.

27025 4⁰. s. XVI. 76 fol. **2506**
Diarium de peregrinatione XVI hominum in terram sanctam a mense Apr. 1542 ad mensem Maium a. 1543. (Johannis a Meryta Louan., Anthonii de Baenst Gandensis, Caroli de Petrosis Auerni etc.)

27026 (Neuburg) 4⁰. s. XVI. 176 fol. **2507**
Christophori a Dhona diarium de itinere Italico a. 1600—1602 lat. et ital., f. 103 de itineribus Germanicis (germ.) a. 1603.

27027 (Polling.) 4⁰. a. 1735—1744. 5 uolumina. **2508**
Francisci Toepsl promptuarium ad faciendas conciones cum appendice concionum in uol. quarto. Conceptus praedicabiles in dominicas et festa (uol. 5.).

27028 (Frising. capit.) 2⁰. a. 1434. **2509**
Nicolai de Lyra expositio in libros bibliae canonicos et non canonicos.

27029 (Frising. capit.) 2⁰. s. XIV. et XV. 159 fol. **2510**
s. XV: **Gregorii** papae dialogi a. 1428. f. 47 Passio S. Hilarii et sociorum. f. 49 **Ambrosii** sermo pastoralis. f. 52 **Cipriani** liber uicesimus, a. 1428. f. 55 **Hainrici de Hassia** tract. de missa et expositio canonis, a. 1428. f. 62 Doctores Wiennenses de XXIV senioribus. f. 65 Tract. de missa et expositio canonis

'At uero Melchisedech', a. 1434. Fol. 1—83 scripsit Erhard Ottenhofer bacc. artium liberalium rector paroch. in Neuching. f. 84: a. 1388 Liber de proprietatibus rerum 'Cum proprietates rerum sequuntur', in fine mancus, scriptus per manus Hugonis custodis in Smalkalden; f. 88 imago magni Alberti.

2511 **27030** (Frising. Capit.) 2⁰. s. XV. 252 fol.

Rabani Mauri expositio in libros regum. f. 135 **Johannis Gerson** dialogus de intellectu distensiuo et rationatiuo siue liber de consolatione theologiae, f. 164 tract. de spirituali uita animae, f. 200 tract. de mistica theologia, f. 228 tract. conclusionum de diuersis materiis moralibus, f. 243 tract. de X praeceptis et confessione et de scientia mortis.

2512 **27031** (Frising. Capit.) 2⁰. s. XV. 317 fol.

'**Aurelii Augustini** expositio super tertiam partem psalmorum', de psalmis 101—118; (de psalmo 118 sunt 31 sermones). f. 176 **Ambrosius** in epistolas Pauli.

2513 **27032** (Frising. Capit.) 2⁰. s. XV. 228 fol.

Versus super libros Sententiarum 'Res docet utendas' cum commentario; cf. cod. lat. 5856, f. 241. f. 20 **Augustini** soliloquium de arra animae. f. 23. **Johannis Horbeon** determinatio, an persona layca possit singulis septimanis suscipere corpus Christi. f. 24 **Adalbertus Rauconis** scholasticus Pragensis ad Martinum plebanum prope hospitale Prag. de frequenter communicantibus. f. 25 Lectura super Sententias, a. 1407 'Sapientes etc. iste liber principali'. f. 121 De VII donis spiritus Sancti 'Omne datum optimum'. f. 169 Compendium bibliae 'Sex prohibet peccant'. f. 181 **Hugonis de S. Victore** Sententiae, a. 1408.

2514 **27033** (Frising. Capit.) membr. 4⁰. s. XIV. 142 fol.

Lectura fr. **Roberti Holquote** ord. praedic. super IV libros Sententiarum.

2515 **27034** (Frising. Capit.) 4⁰. s. XIV. 279 fol.

Determinatio quaestionis de cognitione animae Christi magistri **Conradi** una cum resumpta eiusdem necnon solutionibus rationum replicatarum contra eundem per magistrum .. de Braclis, a 1391 per Bertoldum de Ratisbona. f. 82 Variae collectiones quaestionum theologicarum, partim mancae uel non recte ligatae. Corium tegumenti optime ornatum est.

2516 **27035** (Frising. Capit.) 2⁰. s. XIV et XV. 268 fol.

Notae de Sanctis et de festis per annum, a. 1402. f. 32 Postilla euangeliorum dominicalium et quorundam aliorum per annum a. 1391. f. 143 Index lectionum, euangeliorum et epistolarum dominicalium. f. 151 Excerpta bibliae. f. 232 Auctoritates de peccatis et de uirtutibus. f. 235 De sacramentis, de X praeceptis, de symbolo etc. f. 260 De confessione.

2517 **27036** (Frising. Capit.) 2⁰. s. XV.

(Thomae de Haselpach) Sermonum de tempore pars hiemalis.

2518 **27037** (Frising. Capit.) 2⁰. a. 1432.

Nicolai Tinkenspuchel sermonum de tempore pars hiemalis.

27038 (Frising. Capit.) 2⁰. s. XV. 196 fol. **2519**
Sermones dominicales et (f. 79) de Sanctis. f. 157 Super Cantica canticorum.

27039 (Frising. Capit.) 2⁰. s. XIV—XV. **2520**
Sermones patrum super euangelia. Historia Christi ex IV euangeliis composita.

27040 (Frising. Capit.) 2⁰. a. 1395. **2521**
Antonii Parmensis sermones de omnibus dominicis totius anni et de omnibus feriis quadragesimae, per manus Wilhelmi Lochner.

27041 (Frising. Capit.) 4⁰. a. 1538. 165 fol. **2522**
De templo Salomonis mystico, declamationes per quadragesimam a. 1538 ad populum a **Wolfgango Sedelio** habitae et Philippo episc. Frising. oblatae.

27042 (Frising. Capit.) 2⁰. s. XV. **2523**
Lectura super Digestis.

27043 2⁰. s. XV. **2524**
Veteris testamenti pars secunda (Paralipomena .. Machabaeorum), cum literis auratis, scripta ut uidetur a Nicolao Berniir.

27044 membr. 2⁰. s. XIII et XIV. **2525**
Miracula S. Bennonis, f. 1 et 2 s. XIII, 6—8 s. XIV; cetera excisa sunt.

27045 4⁰. s. XV. 9 fol. **2526**
'Isti habent fraternitatem cum monasterio nostro'. f. 3 Notae de rebus et personis Hildeshemensibus. f. 3ᵇ Calices quos fecit S. Bernwardus. f. 4 Vita Bennonis, fabulosa.

27046 8⁰. s. XVIII. **2527**
Excerpta de Sanctis.

27047 (Altomünster) 2⁰. s. XVIII. **2528**
Defensorium reuelationum S. Brigittae, 526 pag. Adiacet apographum eiusdem libri paginarum 1—220.

27048 (Altomünster) 4⁰. 155 pag. **2529**
Annales rerum notabilium in monasterio S. Altonis, a. 1691—1698. Insunt multa de canonisatione S. Brigittae et (p. 87—150) drama germ. de S. Altone.

27049 2⁰. s. XVIII. 22 fol. **2530**
Officia et historiae uariae de S. Quirino.

27050 2⁰. s. XVI. 12 fol. **2531**
De fundatione et abbatibus monasterii Tegernsee (— a. 1102).

27051 2⁰. s. XVI. 84 fol. **2532**
De S. Quirino (5 capita), de successione abbatum ac rebus eorum gestis (usque ad a. 1594: 6. cap.), de priuilegiis monasterii (7. cap.). Exemplar fuisse uidetur, quod daretur typographis.

27052 2⁰. s. XVIII. 39 fol. **2533**
De uita ac miraculis Quirini; similia capitibus 1—5 prioris codicis.

27053 2⁰. circa a. 1714. 33 fol. **2534**
Memorabilia de S. Quirino et de regimine abbatum huius loci, ex monumentis extracta a Romano Krynner a. 1714.

2535 **27054** (Kaisheim?) membr. 4⁰. s. XII. 156 fol.
Psalterium et aliae orationes; f. 49 et 96 benedictiones; f. 1 imago Christi, f. 49 Michaelis. Multa folia s. XVI suppleta sunt.

2536 **27055** membr. 4⁰. s. XIV. 90 fol.
Calendarium. f. 7 Historia de XI milibus uirginum. f. 9 Psalterium. f. 69 Hymnarius. f. 78 Commune sanctorum.

2537 **27056** 2⁰. s. XVIII. 199 pag.
Interpretatio apocalypsis auctore **Bartholomeo Holzhauser** instituti clericorum saecularium in communi uiuentium.

2538 **27057** 4⁰. s. XVIII. 1011 pag.
Alphonsi Freu professi et capitularis Ochsenhusani commentatio in posteriora apocalypseos capita.

2539 **27058** (Mallersdorf) membr. 4⁰. 292 fol.
Graduale. f. 50 Sequentiae. f. 65 Missale. f. 130 Lectiones.

2540 **27059** 4⁰. s. XV. 238 fol.
Postilla **Parmensis Antonii.** f. 99 Flores apostolorum. Scripsit quidam bonus socius Andreas Waiblinger socius in diuinis in Michelspuech.

2541 **27060** (Paring) membr. 8⁰. s. XIV. 162 fol.
Homiliae. f. 106 De natura animalium. f. 111 Sermones. f. 128 Remedia. f. 131 Threni **Jeremiae** cum expositione.

2542 **27061** (Paring) 4⁰. a. 1456. 213 fol.
Johannis Schlickpacher de Weilheim collecta ex expositione Nicolai de Dinkelspühel de Sententiis. f. 188 De obseruatione interdictorum ex tractatu **Johannis Calderini.** f. 193 tract. de eadem re. f. 201 **Johannis Murmaur** collectura pro nouo sacerdote.

2543 **27062** (Andechs) 4⁰. s. XV. 362 fol.
Sermones 'Erunt signa . . Verba ista licet ad'.

2544 **27063** (Ratisbon.?) 2⁰. s. XV. 180 fol.
Remedia. f. 2 **Aeneae Siluii** epistolae. f. 37 De coloribus faciendis et remedia. f. 38 Excerpta ex libris **Ciceronis** de officiis et ex aliis eiusdem. f. 50 **Aeneas Siluius** de Eurialo et Lucretia et f. 67 eiusdem epistolae. f. 68—77, 88—91, 104—107, 112—115, 133 et 134 et in foliis adiacentibus: Formulae epistolarum et contractuum in dioecesi Ratisb. scriptorum. f. 80 **Aeneae Siluii** epistolae (de Constantinopoli). f. 92 **Leonardi Echien** professoris Michilenique archiepiscopi epistola ad papam de iactura et captiuitate Constantinopoleos, Chii 16. Aug. a. 1453. f. 99 **Bernhardus de Krayburg** obsecutor eccl. Salzpurg. ad Siluestrum ep. Chiem. de eadem re, Salzb. X Cal. Aug. a. 1453. f. 102 **Nicolaus** V de eadem re. f. 108 Commentarius in Senecam de quatuor uirtutibus. f. 116 **Ciceronis** synonyma. f. 128 Judicium astronomorum de a. 1456. f. 130 Epistola **Johannis de Huniad** Sabb. ante Jacobi a. 1456, lat. germ. f. 131 **Machmet** Soldan a. 1456, germ. **Bernhard von Krayburg** an Sigismund Erzbischof von Salzburg, Wien 4. fer. ante Augustini a. 1456. f. 132 (Idem?) ad Heinricum de Peguitz protonot. curiae Salzb.

5. fer. ante Augustini. f. 136 De arte praedicandi. f. 151 Index epistolarum et euangeliorum legendorum. f. 158 **Johannis de Capistrano** literae ad barones etc. Boemiae, 15. April. a. 1452. f. 161 Decretum conuentus de auxilio contra Turcos. f. 164 Epistola in fine manca de luxuria uestitus etc. f. 165 Capita 1—14 libri 'Der Ackermann aus Böhmen'; textus emendatior est quam editus. f. 169 Glossae in Terentium.

27064 4⁰. a. 1737. 341 fol. 2545

Pars prima philosophiae Aristotelicae seu logica in monasterio Urspergensi disputata.

27065 4⁰. s. XV. 211 fol. 2546

Regulae 35 partis hiemalis et 35 p. aestiualis, quae ordinem rectum retinere demonstrent clericis diocesis Augustensis qualiter et quando immutent tempus orando.

27066 4⁰. s. XV. 209 fol. 2547

Constantini Africani de communibus medico cognitu necessariis locis libri I-VI caput 16. f. 73 Quaedam de pestilentia. f. 80 **Gentilis de Fulgineo** receptae. f. 139 Remedia germ. f. 142 Regimen sanitatis 'Si uis incolumem', et similia, lat. et germ. f. 151 **Macer** de herbis 'Herbarum quasdam dicturus'. f. 185 De algorismo. f. 194 Exempla de regula de tri. f. 196 Calendarium astronomicum.

27067 2⁰. s. XIV-XV. 143 fol. 2548

Tract. de corpore humano et (f. 72) de uariis animalibus ord. alphab. 'Causae proximae in materia corporum', uidetur esse excerptus ex libro (Thomae Cantimprat.) de natura rerum. Liber a. 1423 'pro 1 sexagono per Johannem Martirbock' emtus est.

27068 2⁰. a. 1685. 331 et 247 fol. 2549

Ratisbona politica: huius dioeceseos illustratae liber primus et quintus ab **Everhardo Wassenbergio** conscriptus, pro usu monasterii S. Jacobi Scotorum Ratisb. descriptus a. 1685.

27069 4⁰. a. 1617. 46 fol. 2550

In Martini Lutheri iubilaeum oratio de uita, rebus gestis et obitu eiusdem a **Christophoro Schwanshouero** gymnasii Ratisb. rectore et f. 27 carmen a **Joanne Wilcouero** conrectore compositum.

27070 2⁰. a. 1611—1614. 244 fol. 2551

Francisci Grienewaldt professi in Pruel prope Ratisbonam collectionum tomus I: **Andreae** Ratisb. chronica de principibus Bauariae, cum praefatione Christoph. Hofmanni a. 1515. f. 83 Historiae ecclesiasticae compendium fr. **Andreae** monachi ad S. Magnum Ratisbonensis ex manuscripto eiusdem monasterii transcriptum. f. 101 Opusculum de sacris ac catholicis antiquitatibus urbis Ratisbonae ex breuiario monasterii in Pruel a. 1499 per **Ulricum Cerdonem** congesto exscriptum. f. 117 De Ratisbona metropoli Boioariae et subita ibidem Judaeorum proscriptione, collectore **Christophoro Hofmann.** f. 137—151 Index in fol. 83—136 a Fr. Grienewaldt confectus. f. 152

Ueber Heinrich den Vogler mit Abbildung. Gedicht über Joh. Dollinger mit Zeichnung. f. 157 Zwietracht wider die Clerisey u. geistliche in Regenspurg a. 1512—1527 u. f. 198 Haendel u. geschicht die in Regenspurg verloffen, abgeschrieben oder zusammengestellt von Fr. Grienenwaldt. f. 234 **Symperti Martii** Regensb. Kantzlers Verzeichniss denkwürdiger Sachen in Regenspurg, soviel deren in gemainen truckten Cronicken zu finden gewest.

2552 **27071** 2⁰. a. 1756. 371 pag.

Prioris codicis folia 1—151 a Nicolao Albergato Scherer sacrista in Pruel descripta.

2553 **27072** 4⁰. s. XVI. 240 fol.

Andr. Raselii chronicon Ratisbonense (usque ad a. 1430).

2554 **27073** 2⁰. s. XVIII. 70 pag.

De episcopis Ratisbonensibus a. 1313—1381.

2555 **27074** 4⁰. s. XVII. 16 fol.

Hymni duo de paschate, scripti ab Hieronymo Donauero Ratisbonensi.

2556 **27075** 2⁰. a. 1775. 51 fol.

Joh. Georgius Plato dictus **Wild:** de statutis et ordinationibus reipublicae Ratisbonensis ante finem saec. XIV emanatis iuncta earum collatione cum iure ciuili Romano et breui iuris Ratisb. historia.

2557 **27076** 2⁰. s. XVIII.

99 tabulae nummorum imperatorum Romanorum cum explicatione et cum catalogo scriptorum numismaticorum: scripta ab J. G. Platone (Wild) relicta.

2558 **27077** 2⁰. libri optime scripti.

Joannis Felicis Adaucti Haslberger historiae ecclesiae Salisburgensis tomi IV cum plurimis stemmatibus genealogicis et insignibus bene pictis.

I: a. 1758. 1703 pag. Gesta praesulum a Ruperto usque ad a. 1106, qui militarunt sub regula S. Benedicti, et abbatum ord. S. Benedicti monasterii ad S. Petrum usque ad Bedam I.

II. a. 1761. 1338 pag. praesulum a Conrado I (1106) usque ad a. 1519, qui militarunt sub regula S. Augustini can. reg. exclusiue.

III: a. 1762, 1826 pag. historia praesulum a Math. Langio de Wellenburg (a. 1519) usque ad Sigismundum III feliciter regnantem.

IV: a. 1765. 1896 pag. Gesta metropol. Capituli omnium monachorum ord. S. Ben. et canon. reg. S. Augustini nec non omnium praepositorum, decanorum et canonicorum capitularium saecularium usque ad nostra tempora.

In fine primi tomi: „Curiositatis causa placuit hic adnotare pretium, quali haecce praesens mea manuscripta propria congesta nec non et proprio penicillo depicta historia ecclesiae Salisburgensis ac quatuor in tomos diuisa mihi constitit: 1) Hono-

raria data archiuariis bibliothecariis et registratoribus Salisburgensis pro communicatis documentis 153 fl. 36 kr. 2) Papyrus 74 scapi, scapus à 15 crucigeris: 18 fl. 30 kr. 3) Taxa unicus crucigerus pro unica descripta pagula sunt autem 1780: 29 fl. 40 kr. 4) Taxa unicus crucigerus pro unico depicto scuto numerantur uero magna et parua scuta 5616: 93 fl. 36 kr. 5) Colores, penicilli, calami et atramentum: 8 fl. 57 kr. 6) Bibliopega pro compactura, et portorio: 34 fl. 48 kr. Summa: 339 fl. 7 kr."

27078 4⁰. s. XVIII. **2559**

Vita Erminoldi (ex codice lat. Prüfningensi 13029 descripta), cum duabus delineationibus lapidis sepulcralis.

27079 4⁰. s. XVIII. VII uolumina. **2560**

Antonius Cramer S. J.: 1) Frisinga sacra a. 1772. 219 pag. 2) Oettinga uetus sacra, 86 pag. 3) Oettingae ueteris noua historia cum uita S. Maximiliani, a. 1771. 143 pag. 4) Ratisbona sancta, a. 1764. 142 pag. 5) Ratisbona sacra, 170 pag. 6) Salisburgium sanctum, a. 1771. 257 pag. 7) S. Ignatii gloria (i. e. uita), a. 1784. 116 pag.

27080 8⁰. a. 1600—1650. **2561**

Album amicorum (imprimis nobilium Paduae) conscriptum in honorem Johannis Phil. Persii a Lonstorf Austrii, cum insignibus bene pictis.

27081 2⁰. s. XVIII. 13 fol. **2562**

Apographum libri impressi (rarissimi, sed manci) in bibliotheca minoritarum Ratisb. servati: **Jo. Alberti Widmestadii** de odii origine .. quo Ambr. Gumpebergus et Bonacc. Grynaeus .. concitati fuerunt, commentarii.

27082 2⁰. **2563**

1) Catalogus manuscriptorum bibl. S. Bartholomaei Francofurd. ecclesiae, ex catalogo can. Battoni descriptus. 13 fol. 2) Dispositio indicis bibl. Lauingani gymnasii, s. XVI. 11 fol. 3) Index bibliothecae cuiusdam, s. XVII. 573 pag.

27083 4⁰. s. XVI. 33 fol. **2564**

Computus (de genitura Bilibaldi Pirckheimer) a **Joanne Werner** a. 1513 factus. f. 9 De arte astrologica. f. 19 De genitura nobilium Norinbergensium.

27084 4⁰. a. 1704. 647 pag. **2565**

Gesta pontificum; ex Jo. Palatio exscripsit et selectiora notauit Edmundus professus Mallerstorffensis.

27085 2⁰. s XVI—XVII. 282 fol. **2566**

Johannis Sterlinger catalogus pontificum Salisburgensium, cum insignibus pictis. f. 107 Episcoporum Laureacensium Pataviensiumque catalogus a **Bruschio** poeta primum editus, ac a **Laurentio Hochwarto** maiorum suorum iussu recognitus ac interpolatus, cum 81 effigiebus pictis. cum f. 207 scriptum sit 'Urbanus uetus palatium exornauit omnium episcoporum imaginibus quae inueniri potuerunt; quorum uerae imagines non sunt inuentae, in eorum locum aliorum principum ac illustrium

uirorum effigies ab excellenti pictore expressas adiecit', cum deinde in hoc codice multis picturis hebraicis literis nomina 'Petrarcha, Ernestus dux Bauariae', similia adscripta sint, apparet has picturas exemplaria esse illarum combustarum. f. 216 Quaedam de eodem Urbano episcopo. f. 222 Apographa diplomatum Patauiensium: Caroli in mense Martio a. 802; Ludouici a. 823, 3. cal. Jul. Franchonofurti; Heinrici a 1055, 19. cal. Jun. Ulmae; eiusdem a. 1063, 8. cal. Nov. Ratisbonae; (f. 154 Heinrici a. 1111, 8. cal. Jul. Patauiae). f. 227 Poema germ. 'In diser Cronicken findt man zu lesen Wer Castel stifter sind gewesen', cum notis historicis. f. 239 Vom Closter Castel. f. 240 Index summi templi Patauiensis praepositorum, f. 243 decanorum. f. 246 Legenda Simetrii, f. 257 De uita ac uirtutibus Eustasii, f. 269 Vita Altmanni cum literis initial. secundum codicem originarium delineatis.

2567 **27086** 2⁰. a. 1784. 43 pag.

Max. Muench canon. reg. Windeshemensis de uita Michaelis Stein canon. et bibliothecarii Rebdorfensis ad Fr. Toepsl Polling.

2568 **27087** membr. 2⁰. s. XVI. 10 fol.

Legenda de B. Arsacio episcopo.

2569 **27088** bombyc. 4⁰ mai. s. XIII. 94 fol.

Codice lacero fragmenta uariorum compendiorum bibliae et tractatuum theologicorum continentur. f. 1 Breuis expositio euangeliorum Marci Lucae Johannis. f. 4 Index librorum bibliae. f. 5 Breuis expositio ueteris testamenti, f. 23 prologorum bibliae. f. 26 Varia de biblia. f. 31 Compendium bibliae rythmice 'Ambram intrat erigit, descendit et exit'. f. 40 Hymnus 'aue uirgo regia'. f. 41 Versus prouerbiales. f 41^b Loci communes bibliae 'sol — uulua'. f. 43 Scolastica historia (compendium). f. 59 De aureola, de pena inferni etc. f 61 De sacramentis. f. 64 De gratia spiritus sancti etc. f. 71 De peccatis, de machina mundi etc. f. 84 Versus de Rudolfo: 6 'Romae Rudolfus rex', 11 'Rex Rudolfe uale'. 18 'Winna tuam fanum', 9 'Judicio ueri nec pontifices reuereri'; cf. Neues Archiv (Wattenbach) 7 p. 216. f. 84^b. 20 'Hac praelatura mihi'. f. 85 Versus quorum primae literae efficiunt 'Domino Emchoni episcopo Frisingensi' (a. 1283 —1311). f. 86 Versus prouerbiales et 'Sacrilegis monachis' (Flacius de corr. eccl. statu p. 499). f. 89 Versus prouerbiales, ut 'Esca sapit melius quando sapiunt mihi uina'. f. 91 Aureus numerus a. 1276 et 1292 ('Hab gerne Karl hab gern' etc.)

2570 **27089** (Ottobur.) 4⁰. a. 1783. 2 uoll.

Synopsis VII sigillorum ac VII tubarum apocalypseos (cap. 4—12) ab **Alph. Frey** explanatarum, commodiori usui accommodata a Brunone Bischov.

2571 **27090** 4⁰. s. XIV. 202 fol.

(Hugonis Argent.) Compendium theologicae ueritatis; tantummodo pars bis (f. 2 et f. 25) scripta est. f. 44 Quaestiones libri IV. Sententiarum disputatae a magistro solempni lectore secundario

fratrum minorum Erfordiae scriptae per manus Hanrici Institori de Wemdingen a. 1398. f. 88 Varia theologica (f. 96 Versus prouerbiales). f. 100 Lectiones, antiphonae, hymni de Sanctis (f. 138 de S. Francisco). Librum donauit a. 1466 Joh. Raiss pellifex ecclesiae S. Petri in Newburg.

27091 (S. Petri Neuburg.) 2⁰. a. 1393. 2572

(Socci) sermonum pars hiemalis, per manus Johannis dicti Franckenberger de Tumpach.

27092 (S. Petri Neuburg.) 2⁰. a. 1412. 2573

Socci de tempore pars aestiualis.

27093 (S. Petri Neuburg.) 2⁰. a. 1413. 2574

(Thomae de Pusilia?) Sermones super euangelia per totum annum.

27094 (S. Petri Neuburg.) 2⁰. a. 1392. 2575

Bartholomei de S. Concordio Summa casuum conscientiae, scripta per manus Johannis Aychorner.

27095 membr. 2⁰. s. XV. 76 fol. 2576

Calendarium et missale. Ab initio et in fine libri scripti sunt (a. 1581) reditus ecclesiae S. Joannis Bapt. in Leittenpach apud Abendsberg.

27096 membr. 8⁰. a. 1497. 2577

Calendarium. Horae Mariae. Commune Sanctorum. Varia officia.

27097 4⁰. a. 1463. 2578

Calendarium cum notis necrologicis. Breuiarii pars aestiualis secundum chorum August., a Leonhardo Krabler scripta; accedunt hymni et commune Sanctorum.

27098 8⁰. s. XV. 2579

Breuiarium monialium, lacerum.

27099 8⁰. s. XV. 111 fol. 2580

Breuiarium cerimoniarum monasterii Mellicensis a. 1418 reformati. f. 71 Officia Sanctorum, a. 1474 scripta.

27100 4⁰. a. 1600—1630. 2581

Stephani Rieger professi in Cella Mariae (Frauenzell) epistolae et carmina.

27101 4⁰. a. 1598. 552 fol. 2582

Catalogus reliquiarum, monstrantiarum, statuarum, capsarum etc., quae Uttenpurchae reseruantur pro sacello Mariae ornando.

27102 4⁰. a. 1564. 81 fol. 2583

Dictata ex examine ordinandorum.

27103 8⁰. 25 fol. 2584

Modus qualiter nouitius uestiendus sit (s. XV). f. 25 Modus obseruandus in professione cuiuscumque.

27104 (Andechs) 4⁰. s. XIV et XV. 207 fol. 2585

De X praeceptis. f. 26 De regimine praeseruatiuo in tempore pestilentiali. f. 29 Institutiones **Guidonis** card. et apost. legati per prouinciam Salzburgensem. f. 33 Statuta episcoporum Salzburg. **Friderici, Conradi, Peregrini, Erhardi.** f. 72 Literae super indulgentiis de orationibus feriis sextis de passione domini, a. 1418. f. 73 Constitutiones synodales **Conradi** episcopi Ratisb.

f. 93 **Augustini** sermo de cohabitatione mulierum. f. 97 Synodus **Alberti** Ratisb. a. 1419. f. 113 **Henricus de Hassia** de contractibus. f. 173 Sermo generalis de VII regionibus, de planetis etc. f. 183 De S. Johanne, de paradiso etc. cum locis germ. f. 189 Varia theologica.

2586 **27105** 4^{0}. s. XV. 122 fol.

